Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8342
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Dominum meum Sin Johannes
In illo tpe Erat dies festus iudeorum et ascendit
ihs in hierosolima Est
autem in hierosolima pbatica piscina que cognominatur
hebraice bethsaida habens porticus
quinque Hanc multitudo magna
languentium cecorum claudorum aridorum expectantium
aque motum Angelus autem
domini secundum tempus descendebat in piscinam et mo
vebatur aqua et qui prior
descendisset in piscinam
post motum aque sanus
fiebat aqua cuiuscumque tenebatur
infirmitate Erat
autem quidam homo ibi triginta
et octo annos ha
bens in infirmitate sua Hunc
cum vidisset ihs iacentem
et cognovisset quia
multum iam tempus ha
bet dicit ei Vis sanus
fieri Respondit ei languidus Domine hominem
non habeo ut cum turbata
fuerit aqua mittat me
in piscinam Dum venio
enim ego alius ante me
descendit Dicit ei ihs
Surge tolle grabatum
tuum et ambula Et sa
tim sanus factus est homo
et sustulit grabatum suum
et ambulabat Erat autem
sabbatum in illo die Dice
bant ergo iudei illi qui sa
natus fuerat Sabbatum
est non licet tibi tollere gra
batum tuum Respondit
eis Qui me sanum fecit
ille mihi dixit Tolle
grabatum tuum et ambu
la Interrogaverunt ergo eum
Quis est ille homo qui
dixit tolle grabatum tuum
et ambula Is autem qui
sanus fuerat effectus nes
ciebat quis esset ihs
autem declinavit se atur
ba constituta in loco Poste
a invenit eum ihs in tem
plo et dixit illis Ecce